Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

Et quoniam antiquus uſus in carniũ eſu, & alijs cibis pro-
hibitis, in quadrageſima cæteriſq; diebus ſtatutis ex rationa-
bilibus & Chriſtianis cauſſis, per ſanctos patres ad nos uſq;
peruenit, omne ſcandalũ ex hoꝝ præuaricatione exortũ ſiue
exoriturũ e noſtris terris expellimus, neq; fieri ullatenus per
mittemus, ſed tranſgreſſores acriter puniemus.

Quia igitur hactenus famoſi libelli, & hæc ieductoria do-
ctrina per calcographos maxime diſſeminata eſt, nolumus
ultro quicq; in noſtris terris & ditionibus exprimi ſiue depin
gi, niſi id quidem prius per noſtros ad hoc ordinatos exami-
natum fuerit & admiſſum, ſi quis aũt huic contrauenerit, pu
nietur abſq; ulla miſericordia. Nemo quoq; audeat ſiue Lu-
theri ſiue Zwinglij, aut certe ſuoꝝ complicũ libros prohibi-
tos famoſa ſcripta in noſtris terris & ditionib⁹ emere, uende-
re uel diſſeminare, ſuper quo uigilanter & attente prouidebi
mus, tranſgreſſores iuxta eoꝝ merita puniemus.

Vt aũt hac noſtra Chriſtiana concordia firmior procedat,
certos in noſtris terris & ditionibus ordinabimus qui una cũ
noſtris officialibus diligenter huic cauſſæ inuigilent, & præ-
uaricatores atq; tranſgreſſores denunciẽt, cuiuſcunq; etiam
ſtatus fuerint, locoꝝ ſuperioritatibus, qui denunciatos fide-
liter nobis cuſtodiant, a nobis iuxta merita puniendos, nec
ulli parcemus. Quicũq; aũt in uno cantone reus fuerit inuen
tus, ab omnibus noſtris terris ac cantonib⁹ extorris eſſe cen-
ſeatur, profugos aũt pœnarum cauſſa nemo teneat, ſed
ad iudicum & ordinatoꝝ inuocationem pœnæ
ſubiacebit Ad laudem dei, Amen.

Societ Jesu Paderborne

Expreſſum Lucernæ Heluetioꝝ orthodoxa & ca
tholica ciuitate. Anno ſeruatoris noſtri Ihe-
ſu Chriſti M. D. XXVIII.
uigeſima quinta Auguſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN